

ERRATA ET ARGVMENTA
MARTINI LVTERI
RECITATA, DETECTA,
REPVLSA ET COPIOSIS
SIME TRITA: PER FRA
TREM SILVESTRVM PRIE
RIATEM, MAGISTRVM
SACRI PALATII.,



4-8-28

Beatissimo ac sanctissimo dño nostro do. Leoni. x. ponti-
fici maximo. Frater Silvester prietas, ex ordine paicato-
rum: ac sacri palatii apostolici magister i meritis: eterna;
felicitatem: ac fidei sancte feruorem.



Inem esse nullum plures efficiendi libros pater
beatissime ite & humanissime: rex ille diuitis,
honoribus, sapientia, fama q̄ notissimus salo-
mon: olim acsi vates precinuit: & vere quidem.
Seu in primis q̄ nostris cum humanarum tum etiam diui-
narum rerum studiis in deum optimum max. tendimus:
quem eo vel maxime q̄ veritas subsistēs ac perinde infini-
ta sit, villo temporum cursu, villo librorum numero, creatu-
ra vlla satis explicuisse nequeat: quo etiam actum dixerim,
vt ad finitum aliquid sine fine ars omnis discipline q̄ vni-
uerse progrediantur. Seu deinde, q̄ iam diu & dicta & scri-
pta, nouo ordine, noua inuentione, nouo verborū fastu & le-
nocinio veluti quodam sapore cōdita, delitioso ingenii no-
stri fastidiosq̄ palato dulcius sapiāt: quo ēt verborum stre-
pitu ac lepore: magna hebetibus dicere & resonare cenlean-
tur, qui sapientibus dicunt nihil. Seu certe (quod longe de-
terius crediderim) q̄ ea sit hominum vanitas, & humane
glorie tanta cupido: vt quisq̄ vel rudis conceptum sermo-
nem, quo sibi gloriā aucupari posse crediderit, aut vix aut
nullatenus intra sui cordis archana continere possit: adeo
vt suffragante calchographorum ac cēsuum copia, passim
ineptie plurime in publicū emergāt: nec aduertāt plurimū
codicum rudes authores: se honorem: sensum: censurā q̄ si-
mal proicere: dum voluminibus editis capitis oculorū q̄

6-14543175



De iuridica & irrefragabili veritate romane ecclesie,
romaniq; pontificis; per eximium sacrag. litterag. p̄fesso
rem, fratrem siluestrum mazolinum p̄riorem or. pred.
vite regularis, magistrum sacri palatii apostolici Lib. i.

Que sit authoris intentio.

Cap. i.



Veritatem meditabitur guttur meum: &
labia mea detestabuntur impium: puer.
8. Et si verba hec diuine sunt sapientie:
que & veritas increata ē: scđ; illud io.
14. ego sum via, veritas & vita: non ab
re tamen ex persona romane eccl. ro-
maniq; pontificis dicta intelliguntur:

quippe que & veritatem irreprehensibiliter semper do-
cuerit. 24. q. i. hec est fides: & impietates errores. s. semper
pro viribus eliminarit. Qua iuridica seu certe affectiua
& coactiua romana veritate, diuinoq; presidio fretus: C si
ue q̄ ex ordine sim diui patris dominici: qui hereticos vi-
ros & nouitatum amatores sternere consuevit: siue q̄ ro-
mane sim veritatis p̄fessor, & si dixisse liceat minister:)
rursus studiis propriis immo cōmuni bus sed gratioribus
missis, cogor armis correptis in arenam descendere pu-
gnaturus: & insurgentes novos errores, irruētēsq; in diui-
num gregem sub ouina pelle rapacissimos lupos, & dete-
gere & profligare. Quod equidem diuinitate suffragan-
te, tribus voluminibus efficiam: vnoq; eorum de ipsa
romane sedis authoratiua ac potestatiua item & irrefra-
gabili veritate in se, vel vt aiunt absolute: attingenda

ad illā scripturā: tibi dabo clauēs nihil sit: & .7. eius arg. soluunt. Et idē .3. pbat de solutione ad illā pasce oues meas: & quattuor eius arg. soluunt. Et .4. q̄ iniuste & ignoranter rideat decretū leonis di. 19. ita dñs: & dissoluunt quattuor eius arg. Et .5. q̄ ignoranter rideat decretū leonis. 4. di. 2. de libellis. Et .6. idē probat de ca. clericos di. 21. & soluunt tria eius argumenta, maxime illud quod ex cōci. apbricano di. 97. i. c. p̄ie sedis: vbi iste deceptus equocatōe primitatis sedis illud ca. tā patens q̄ glosam nō meruit minime intellexit. Et .7. q̄ iniuste impugnat decretū analeti. di. 21. in nouo: & oñdiē testimonio ēt greci imperatoris sacerdotium noue legis ab ātīqua roma i oēs effluei. Et .8. idē de pelagri decreto. di. 21. sancta: & quattuor eius argumenta soluunt. Et .6. q̄ ignoratissime impetat decretū nicholai di. 21. inferior: & oñdiē q̄ nihil sint q̄ in cōtrariū adigit tela. Et .10. idē de cap. oēs. di. 22. & septē eius calūnie repellunt. Et .xi. idē de analeti decreto. di. 22. sacrosancta: & .4. eius calūnie repellunt. Et .ix. q̄ iniuste & maligne impetat pascālē in decretali significasti de electione. Et vltimo q̄ suā cōcl. 3. contra ekium male p̄bet: sed oēs eius p̄batiōes aut ex malicia aut iscitia magna p̄cedūt. Caueat aut̄ iste: q̄ q̄tū ego capio, ceruice sua dei iudicium baiulat. De iuridica & irrefragabili veritate romane ecclesie, romanique pontificis liber tertius finit.

Rome per Antonium baldis de Asula impressus die 27. Martii. Millesimo quingentesimo vigesimo. sedente Leone X. Pont. Max. Anno eius Octauo.

